

102.

1319, *Settembre 29.**Dare al Bailo 8 Lire per il ristauro della loggia.*

Quod mittantur libre octo grossorum Belletto Dandulo Baiuli Harmenie de denarijs gratiarum prn lobia Comunis ibidem laboranda, et rehedificanda, que totatiter est dirupata, et nullum aliud auxilium a nobis habeat. Et si consilium est contra, ecc.

[Fronesis, 25 t°.]

103.

1320, *Settembre 8.**Contr'ordine di partenza al Bailo per causa della morte del Re.*

Quia occasione novitatum Harmenie et pro obitu Regis videbitur fore utile quod Baiulus electus supersedeat ire, licet de omnibus sit paratus; et quia iam captum est in Rogatis de mittendo Ambaxatorem ad dictas partes, Capta fuit Pars, quod pro bono Comunis precipiatur Baiulo predicto Ser *Johanni Caroso*, quod non recedat de hinc absque nostro mandato. Et si consilium, etc.

[Fronesis, 49].

104.

1321, *Febbraio 28 (more veneto).**Ancora 12 Lire al Bailo Caroso per il ristauro della casa.*

Cum domus Baiulatus Harmenie ut habetur per ambaxatorem et mercatores nobiles, qui inde veniunt multum ineptè sit, maneat, et minetur ruinam, ita quod in ea male potest habitari; Capta fuit pars, quod dentur in manibus nobili viri *Johanni Caroxo* nunc ituro Baiulo ad dictas partes libras XII grossorum pro aptando et reparando domum prefatam, sicut ei melius apparebit et poterit.

[Fronesis, 88].